

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**De trinitatis erroribus libri VII - Ettenheim-Münster 292**

**Servetus, Michael**

**[S.l.], 1531**

Liber II.

[urn:nbn:de:bsz:31-130099](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130099)

# DE TRINITATE

## LIB. II.

Nemo ascendit in coelum, nisi qui descendit de coelo filius hominis qui est in coelo, Ioannis 3. Mirantur aliqui circa hoc, quod est ille filius hominis qui in coelo tunc esset, nec considerant quod coelum illic est, ubicumque Christus est. Alias etiam mirarentur, si Christus eis diceret, regnum coelorum intra vos est. Nec Paulo crederent dicenti, conversatio nostra in caelis est. Philip. 3. et Ephes. 2. Deus resuscitavit nos cum Christo et cum eo sedere nos fecit in caelestibus, in caelo sumus dum thesauros in coelo colligimus. Similiter quod dictum est, qui minor est in regno caelorum, maior est Ioanne Baptista. Nihil aliud est nisi quod quilibet eorum qui sub euangelio sunt, maior est eo qui fuit totus sub lege. Ergo nos etiam minimi in regno caelorum sumus, eum etiam qui non longe distabat a cognitione Euangelii, dixit Christus, non longe distare a regno caelorum. Et apostolus ad Romanos 10. Ne dicas in corde tuo, quis ascendet in coelum, nam hoc idem est ac si petas, quis Christum e coelo deducet: quasi dicas, frustra rei difficultate te excusas, frustra petis, quod intus habes, nam omnis illa difficultas per Christum est superata.

ille

ille est ex alto deductus, et ex mortuis reductus, ut  
 iam coelum intra nos sit. Ecce coelum super est. Prope-  
 te est verbum in ore tuo. Quod si credas *CHRISTUM*  
 esse filium Dei, in coelum ascendisti. Spiri-  
 tualis igitur sensus, dicto cap. 3. ex ordine litera colli-  
 gitur, et ut Christus tibi testatur, verba illa  
 non sunt terrena, sed coelestia. Ergo non debemus  
 ea cum Nicodemis carnaliter intelligere. Et sensus  
 est, Nisi quis natus fuerit e supernis, non potest vide-  
 re regnum Dei, id est, venire ad noticiam euangelii,  
 per quam efficiamur coelestes reiecta terrenorum le-  
 git umbra. Et ipse est maxime totus in coelo, qui coe-  
 lum secum affert, et appropinquavit regnum coelo-  
 rum appropinquante Christo, ut nemo ad-  
 hac illo ascenderat, nisi ipse filius hominis, qui in coe-  
 lis est, quia ille qui e supernis venit, super omnes est.  
 Vult dicere Christus, quod regnum Euange-  
 lii, quod est coeleste, nulli adhuc erat notum, nisi sibi  
 soli, nec potest notificari, nisi credentibus ipsum esse  
 filium Dei. Et nota q. dicit se iam ascendisse in coe-  
 lum, nam ibi *αράβειρα* est praesenti temporis,  
 nec hoc de alio coelo potest intelligi. Nec illa secun-  
 da res hunc ascendisse dici poterat. Sed de ipso tunc  
 verum erat dicere eum iam in coelum ascendisse, quem  
 filii hominis ascensum intelliges libro 4. pro nunc

f. 5.

## DE TRINITATE.

dic eum iam ad finem patris ascendisse, erat ei coelum  
lux inaccessa quam pater inhabitat et eum in coelum  
ascendisse, et in coelo esse nihil aliud ibi est, quam ple-  
nitudine spiritus spiritualia tractare, et ideo in coe-  
lo erat dum loquebatur coelestia. Et nisi hoc modo  
intelligas, non intelliges quare dixit Paulus usq; ad  
tertium coelum. Pro quo scire debes nomina dualis  
numeri significationem Hebraeis habere dualem. In-  
de  $\text{D}^2 \text{W}$  duos coelos esse significat, ultra quos  
ipsi non ascendunt, quia caro sunt. Coelum unum est  
aereum, ut aues coeli, nubes coeli, aqua coeli: Secun-  
dum est aethereum, astrorum regio. Sed spiritus hic  
non contentus, ulterius ascendit, non dico localiter.  
Et sic tertium coelum penetravit spiritus Pauli, et  
hoc ipsum intra nos est. Si cui, veluti Joanni et Ste-  
phano, hi coeli aperiantur, videbit Christum  
ubi sit, videbit id quod Gene. 1. Creavit Deus hama-  
nim, id est, spirituales illas Dei habitationes, et  
inaccessam lucem, qua se Deus tanquam vestimento ope-  
rit, et hoc ipsum quid sit infra dicam. Si hanc coe-  
lestem Magistri doctrinam non cupias, dic mihi quo-  
modo dixit Christus filium hominis esse illum  
qui in coelum ascenderat, quid per filium hominis in-  
telligis, nam abasio est magna dicere quod filius ho-  
minis, sit nomen hypostasis, eo magis, quia de illa hy-  
postasi

postasi non potuit illud uerificari. Ergo contra te locutus filium hominis significanter dixit, nec potuit clarius loqui, nisi forte desyderes quod more tuo dixisset, haec humanitas, hoc corpus, haec caro, illuc sursum localiter est supra expansionem. Item interrogat te et Christus unum, baptizatus Ioannis e coelo erat, an ex hominibus, et cogita cum Phariseis, an eum e coelo esse concedas, matris illi de coelo sentiebant, quam tu qui baptizatus Ioannis e coelo esse negare non audebant, et tu filium hominis, seu quem humanitatem facis, e coelo esse negas. Nota etiam Christi argumentum a sufficienti partium enumeratione, e coelo an ex hominibus, quasi id quod non secundum hominem est e coelo fit: ergo Christus e coelo est, quia secundus homo de coelo coelestis, et e coelo est, et in coelo est, quicquid est supra carnem et sanguinem.

Secundo quaeritur de intellectu illorum uerborum, qui uidet me, uidet patrem Ioan. 14. si intelligas, qualiter pater erat in eo, et qualiter ipse in tantum erat in patre, ut nihil nisi ea quae patris sunt, faceret, facile intelliges, quod uidentem patris splendorem uidetur pater, et uidetur per radium sol, nam postquam dixit, qui uidet me uidet patrem, adiecit statim, non credis quod pater in me est, et ego in patre,

## DE TRINITATE.

et per Consequens, qui imperuestigabiles diuitias Christi, et eius diuinitatem considerat, facile ad patris noticiam perueniet, nam filius ipse Iesus Christus dicitur verbum patris, quia patris mentem enunciat, et eius cognitionem facit. Iste intellectus comprobatur Ioan. 1. Deum nemo vidit unquam, unigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Et Ioan. 5. Neque vocem eius audistis neque speciem eius vidistis, quia quem misit ille, huic vos non creditis. Et Ioan. 8. Si me nouissetis, et patrem meum nouissetis. Qui cognouit potentiam Holofernis, facile cognoscit quantus fuerit Nebuchodonosor, qui eum misit, nam qui missum ab alio videt, et accipit, videt et illum qui misit eum. Ioan. 12. et 13. Clarificato filio, clarificatus est deus in eo. Sed nec Apostoli, nec angeli coelorum viderunt aliam clarificationem, nisi clarificationem filii hominis.

Summa, Christum videre est cognoscere eum esse verbum patris, et cognoscere quae in eo virtus, et cognoscere, unde exiit, sicut ipse dicit Ioannis 7. Et me nostis, et unde sum nostis. Modo non est possibile ista cognoscere non cognito patre. Item argumentum controuertitur, impossibile enim est, quod illud dictum de illa metaphysicare, et de eius ratione intelligat. Nam Christus dicit, quod per

per ipsum ducimur ad cognitionem patris, sed qualiter res illa, quae est magis ignota, quam pater ipse, ducet nos ad cognitionem patris.

In principio erat verbum, id est, eloquium seu vox Dei, quia in principio dixit Deus, fiat, et factum est, et verbum illud factum est lux vera. Dum dixit, fiat lux, et illud idem verbum, illa eadem lux est homo Christus, qui est lux mundi, lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, vide quomodo verba verbis respondeant, hoc ipsum per verbum *εἶπεν*, id est, dixit, declarat Paulus 2. Cor. 4. similiter et Irenaeus. Quis enim tolerabit, scripturam alio trahere, nisi usque, quo vocabuli proprietati patris, nam *λογος*, non philosophicam illam rem, sed oraculum, vocem, sermonem, eloquium Dei sonat. Vsurpatis enim a verbo *λεγειν*, quod est dico, eo magis, quia ipsa mundi genesis interpretatione indicat, quia Deus iam ab initio de Christo loquebatur, et eo verbo loquendo operabatur, ut inde per ipsum Christum dicantur esse omnia. Origenes etiam super Hieremiam homelia 6. Quis inquit est sermo domini qui factus est ad Hieremiam sive ad Esaiam, sive ad quemlibet prophetam, Ego, ait, nescio aliud verbum praeter ipsum, de quo dixit Ioannes, in principio erat sermo. Nam ad

## DE TRINITATE.

inquirendam significationem vocabuli, inquirendi sunt loci, quibus Spiritus sanctus idem vocabulum protulit, nec est in tota Biblia una littera qua suam illam imaginariam verbi significationem comprobet. Ergo temerarii sunt, et multo magis est temerarium de sermone facere filium. Quid obsecro interest eorum doctrina a gentiliū fictionibus, qui Mercurium verbum esse tradunt, per quod sensui doctrina confertur, Paridem sensum, et fortitudinem Minervam. Simili enim modo ipsi dicunt, quod tertia illa res est charitas, et secunda noticia: magna est eius gloria, res separatas multiplicando, Platonizare, dissidia et discordias in scripturis seminare est eorum studium, exponunt ipsi, in principio, id est in patre. Et generis 1. In principio, id est, in filio. Quid ego audio? putar ne quod situit Zebedæi tam subtilem philosophiam scivisset. Ego malo ignorare quam scire hanc scripturarum discordantem concordiam, sed cum Tertuliano univocis vocabulo proprietatem conuindicans, principium initium esse dico, et competisse ita poni rebus incipientibus fieri, nihil enim quod fieri habet sine initio est, itaque principium siue initium incoptionis est verbum et non alicuius substantiæ nomen, sicut si dicamus, in fine faciet Deus hoc vel illud, et ordinem operis significantes, dicimus, in  
princi-



principio fecit figulus peluim vel uernam. Expone ergo sine discordia, in principio 1. ante omnia et dicitur ante omnia facta esse sapientia Prov. 8. Quia antequam homo loquatur, praequiris meditatio cordis. Et quia Dei sermo est ipsamet sapientia, nam deus non potest insipienter loqui. Et ita Ecclesiasticus se declarat cap. 1. Nam postquam dixit, primo omnium creata est sapientia. Adiecit statim, fons sapientia verbum Dei. Et capite 24. Ego ex ore altissimi prodiiu primogenita ante omnem creaturam, modo id quod ex ore prodit sermo est.

Antequam ultra progrediar, ut Joannis scopum plene attingamus, sciendum quod antiquior et apostolorum traditio per sacramentum verbi intelligit quandam in deo dispositionem seu dispensationem, qua placitum est ei arcanam voluntatis suae nobis reuelare. Et hoc Tertulianus orinoquid, et Ireneus dispositionem sapissime appellant. Et sicut deus erat ille sermo, ita etiam secundum Ireneum ipsemet pater loquens dicit esse logos, ut sic distinguantur sicut res ipsa et rei dispositio, quasi res ipsa lateat, et per sonitum verborum pateat, Deut. 4. Et Exodi 20. Ibi enim esse huius oraculi declarationem, probabimus infra. Verbum ergo in deo proferente, est ipsemet deus loquens. Post prolationem est ipsa ca-

## DE TRINITATE.

ro seu verbum Dei, antequam sermo ille caro fieret, intelligebatur ipsum Dei oraculum, intra nubis caliginem nondum manifestatum, quia Deus erat ille sermo. Et postquam verbum homo factum est, per verbum intelligimus ipsum Christum, qui est verbum Dei, et vox Dei, nam quasi vox est ore Dei prolatus. Et quod ipse nunc sit verbum Dei, est textus clarus et hoc. 19. ipse enim est quem sedentem super equo albo vidit Ioannes, cuius nomen est verbum Dei. Facto igitur transitu de verbo in carnem, caro dicitur verbum. Nam de quo serviret nobis quod

Qui concedunt  
verbum  
Dei est homo,  
quia verbum  
factum est ho-  
mo, necesse  
habent conce-  
dere quod Dei  
verbum sit ca-  
ro, quia ver-  
bum factum est  
caro, aut ra-  
tio est nomen  
hypostasis.

verbum factum sit caro, sic caro hunc non dicitur verbum. Ioannes enim verbum vite vidit, et manibus contrectavit. Et Ireneus contra haereses libro 1. in fine capituli primi expresse deridet eos omnes qui Dei verbum rem aliquam philosophicam esse dicunt, sed IESVM a Nazareth hunc ipsum qui natus est ex Maria, Dei verbum esse clamat postquam verbum caro factum est. Et ipsos vocat, qui hunc IESVM Dei verbum esse non agnoscunt. Quid etiam est panis, quae est caro illa coelestis Ioannis 6. Certe verbum Dei est, quod est ipsum Christi corpus, ipsa Christi caro. Nam quicquid in eo est, ex ore Dei prolatum est, verbum Dei est. Et manducatio de qua ibi est cibus et potus verbi, et hoc

hoc ipsum est verbum Evangelii, scilicet IESVM  
 Christum esse filium dei, sine quo nulla est  
 corporis eius manducatio, ut scripsim ibi magister  
 candidè interpretatus, venite, inquit, et credite in  
 me et non esurietis nec sitietis unquam. Loquor  
 semper de carne, more Iohannis, pro homine ipso  
 Christo, et signanter Iohannes eo vocabulo  
 usus est, ut magis et magis hominem Chri-  
 stum exprimeret, ne forte quis dicat Chri-  
 stum esse phantasma: in errorem quem ipse olim  
 damnauerat aequivalenter sumus relapsi, nihil enim  
 interet si quis id quod caro apparebat phantasma  
 de coelo lapsum esse dicat, aut nos intra carnem si-  
 mile de coelo lapsum phantasma, profanoq; et car-  
 nali modo carni unitum dicamus, cum Iohannes non  
 dicat unitum, sed verbum caro factum. Simili enim  
 omnino modo dicebat Valentinus, quod lotera in-  
 duit corpus animale. Intelligamus ergo mentem Iohannis  
 quomodo verbum dei sit caro factum, quia  
 suas dispositiones in carne manifestandas decrevit  
 Deus, et ea omnia quae antea Deus verbo suo, seu  
 propria voce operabatur, caro Christus nunc  
 operatus, cui traditum est regnum et omnis pote-  
 stas reconcilians, reparans, recapitulans omnia in  
 semet ipso. Le ipsa etiam intelligitis, quod ver-

DE TRINITATE.

bum illud quod erat in principio, sic caro factum, quia  
 voce ab initio prolata, genita est caro ista, haud se-  
 cus quam si ego proferens verbum ex ore meo pro-  
 uicerem aurum aut margaritas, nam tunc proprie lo-  
 quendo diceretur, quod vox mea facta est aurum,  
 potuit enim potentissimum Dei verbum sine illo re-  
 rum coagulo in carnis transire materiam. Et pro-  
 pterea Christus ipse nunc dicitur verbum  
 homo, verbum caro. Potest etiam intelligi verbum  
 caro factum, secundum quod de Christo dicit  
 Deu. 18. Iona in uentre eius, et in meo  
 nomine loquetur. Et Christus ipse, et me ipso  
 inquit, non loquor, sed sicut docuit me Pater ita lo-  
 quor. Propterea dicit ipse sermo patris, quia pa-  
 tris mentem enunciat, et eius cognitionem facit.  
 Quarto oraculum illud a caligine nubis est fa-  
 ctum caro, et responsa Dei quae inde accipiebat  
 Moyses, nunc ex ore Christi accipimus, immo  
 illud fuit huius umbra, verum hic latet intellectus,  
 cui priores suffragantur, profundiora quae hic la-  
 tent arcana, de quibus infra.

Ioannes ergo contra Ebionitas, qui diuinam spiri-  
 sti generationem negabant, praedicaturus in eandem  
 bitem gentem, ostendit qualiter per verbum Dei  
 primo omnium factus sit Christus, dicens,  
 hunc

hunc qui nunc est caro, prius fuisse logos: et quod iam ab initio erat logos, Et verbum erat apud Deum, id est, secunda illa res erat apud primam. Quem obsecro saporem habent ista insulsissima verba, secunda illa res erat apud primam. Nam sana Christi doctrina aliter intelligit verbum fuisse apud Deum, quia sacramentum hoc erat ab initio reconditum in mente divina, donec venit plenitudo temporis, et tunc manifestatum est. quando verbum caro factum est. Et ita idem Iohannes in epistola dicit, quod sermo vitæ qui ab initio erat apud patrem, manifestatus est post. Et ita Tertulianus aduersus Praxeam sermonem inquit, cum ipsa et in ipsa ratione intra se ipsum habebat, tacite cogitando et disponendo secum ea quæ per sermonem mox erat dicturus.

Et Deus erat ille sermo. Præuidit Iohannes istos philosophos, qui ita arguunt. Verbum illud erat apud Deum, ergo erat res aliqua distincta, ad quorum tollendam calumniam, adiecit statim, et Deus erat illud verbum, hoc est, ut inquit Ireneus, ipsemet pater loquens dicit esse logos. Item philosophi debuerunt sic arguere, verbum illud erat apud Deum, ergo erat res aliqua a Deo distincta, et isto modo pluralitatem Deorum essent recte philosophati. Notunt quod verbum fuerit apud tertiam illam rem, nec etiam

## DE TRINITY.

apud essentiam divinam, sed solum apud patrem, et sic aliud est essentia divina, quam deus, aut Ioannes non bene dixit, verbum fuisse apud Deum.

Omnia per ipsum facta sunt. Omnia fecit Deus verbo suo, id est prima illa res per secundam. Prima illa res per secundam operabatur, manu capiebat, illam tanquam beluam, vel tanquam securum, et cum ea scindebat et portabat ligna. Scrutare obsecro, concordare scripturas, et vide si potuit clarius dici, omnia verbo Dei esse facta, nisi secundum quod genesis declarat, quia dixit Deus, fiat, et factum est. Et Psalmista, verbo Domini coeli facti sunt, quia ipse dixit et facta sunt. Et ita expresse declarat Irenaeus lib. 2. cap. 2. lib. 1. cap. 19. et lib. 4. cap. 52. et in hoc sensu capitur Hebrae. 11. et sapien. 9. Nec Ioannes unquam excogitasset, quod Dei eloquium faceremus naturale nomen alicuius certae rei, praecipue cum ipse se referat ad eum sermonem, quem deus in principio locutus est, quando uniuersa condidit. Et ex aliis scriptura locis fit evidens, hanc locutionem seu verbi prolationem esse CHRISTI vocacionem, qua Christus apud Ezechielem sub obratione typo vocatur, inquit enim cap. 46. Vocans ab oriente auem de terra longinqua virum consilii mei, locutus sum et adducam illum. Et cap. 41. Ab ortu solis vocabit

vocavit nomen meum. Et propter hanc nominationem  
 seu vocationem dixit Psalm 71. Ante solem. [13]

117<sup>v</sup> id est, ante solem erit genitum nomen eius,  
 in futurum enim dixit filiabitur, tamen ante solem  
 huius filiationis schema, et hoc dicitur vos nativita-  
 tatis eius Psalm 109. Ex utero ab aurora tibi roggitu-  
 ra tua. Similiter Esaiæ 49. Dominus ab utero voca-  
 vit me, et memorari fecit nomen meum. Lege ibi a  
 cap. 40. usque ad finem, et hanc vocationem et qua-  
 liter or domini locutum est, deprehendes.

Restat circa eius generationem inquirere quali-  
 ter primogenitus creaturarum dicatur, ut dicit Apo-  
 stolus Coloss. 1. Hanc primogenituram secundæ rei  
 attribuunt philosophi, dicentes, generationem eius  
 quis enarrabit. Esa. 55. Sed violenter et distorte tra-  
 hunt verba Esaiæ ad generationem illius, inquit  
 enim, abiectus ille inter viros vir dolorum, tanquam  
 equus ad occisionem ducetur, quasi ovis coram ton-  
 dente se obmutescet, generationem eius quis enarra-  
 vit, abscissus enim est de terra viventium, propter  
 prædicationem populi mei plaga fuit ei. Et ita ad  
 hominem Christum relatum esse declarat eu-  
 nacho Philippus Act. 8. Quia ipse est ille Melchise-  
 dec ignoti generis, quem nemo sciebat unde esset, He-  
 bræ. 7. Et Ioan. 7. sola namq. cogitatio et ridiculosa

## DE TRINITATE.

dicere, q. unus angelus sit filius alterius, nascatur ex altero, seu generetur ab alio, seu q. res aliā carens corpore dicatur generari, nam illud est propria passio carnis, nec in scripturis unq. legitur generatio verbi, seu generatio illius secundae rei, quam abusive loquor appellant. Sed proprie loquendo dicitur prolatio verbi, ex qua sequitur carnis generatio.

Item hoc nota, quod dum **CHRISTVS** primogenitus inter creaturas dicitur, et ipse Dei creatura esse notatur, sicut et primogenitus mortuorum, quia et ipse mortuus. Item sapientia creatam se dicit. Et Ecclesiastici 24. Qui creauit me. Et Isaia 45. Ego Dominus creauit eum, Paulus etiam et Ioannes eum factum esse dicunt, imo factum ex muliere. Ioan. 1. et Gala. 4. Dicitur etiam ad Roma. 1. quod factus est ex femine Dauid, et additur secundum carnem, ut carnalem generationem, quae ex matre est, distinguat a generatione paterna, quae per spiritum et virtutem Dei ab aeterno est, et hoc sonat ipsa Pauli dictio, secundum carnem, ut patet Ephe. 6. et Coloss. 3. ubi habentes seruos, dicuntur Domini secundum carnem, eo quia per spiritum Dei in Christo IESU, non est seruus neq. liber, sed omnes unum sumus. Similiter Roma. 9. dicuntur cognati secundum carnem, quia per spiritum Christi illi

Sunt



Sunt frater et soror, qui faciunt voluntatem patris  
 eius. Quo omnia etiam ex mente Iohannis declaran-  
 tur, nam eo tendit, ut confunderebuntur Abion et Ce-  
 rinthus, qui solam in Christo carnalem gene-  
 rationem ponebant, cum ex matre carnaliter nati-  
 ti, ex patre vero ab aeterno. Nec est nisi unus na-  
 tus filius et genitus. Nec philosophi, etiam si ex-  
 presse ludere voluissent, potuissent ridiculosius lo-  
 qui, quam dicendo, ex duobus unum genitum et na-  
 tum ex patre sine matre, alterum vero ex matre si-  
 ne patre, quae omnia ex suo capite effingunt. Quis  
 unquam audiuit generationem sine patre, et natiui-  
 tatem sine matre? Ita sunt a suis ideis fastidati, ut  
 mirentur quod carnem nasci duo. Sed quid obsecro  
 nasci potest, nisi caro, verumtamen a patre non car-  
 naliter nascitur: aliud est enim carnem nasci, aliud  
 carnaliter nasci. Item, si loquor filius erat natus ex  
 patre sine matre, dic mihi quomodo peperit eum,  
 per ventrem an per latus? Nec tibi hic permittam  
 diuersitatis rationes tuo sensu fingere. Tales enim er-  
 rores non a scripturis, sed a philosophis didicisti,  
 nam generatio filii Dei, generationibus nostris assi-  
 milata est, nec sermone, nec filiationem, nec alia  
 accidentia scriptura Deo tribuit, nisi quatenus con-  
 suetudini hominum aptantur. Unde ergo tanta stul-

Scherz 19 ff  
 f. 66.

## DE TRINITATE.

vicia, ut sit nostro sensu abutamur. Malo ego  
scripturam non transgrediendo humano more loqui  
quam stulte philosophari. Istum modum loquendi ma-  
gister me docuit, nec solum ipse, sed omnes scriptu-  
rae hunc modum loquendi pro se ferunt: Sunt enim  
verba Christi ita familiaria, ut sit res insanissi-  
ma talibus portendere ea violare. Item ad predicta fi-  
lius esse Dei creaturam, et ideo creatum con-  
cedant antiquiores. Ergo ipsi non loquuntur de illa me-  
taphysica natura, et ad hoc memini me legisse cita-  
tum testimonium Clementis illius discipuli Petri, de  
quo Paulus mentionem facit. Similiter testimonium  
Clementis alterius alexandrini, et Dionysii alexan-  
drini Episcopi, quorum supra similititer et omnium  
aliorum qui ante Arrianum schisma scripserunt, uti-  
nam vidissem.

Iam ad questionem qualiter primogenitus dica-  
tur, inquit Irenaeus, quod hunc generationis modum,  
nec prophetae nec angeli in caelo sciunt, nec ego  
scio, ut eum possim explicare, tentabo tamen aliquan-  
tulum hoc persuadere. Et hoc sit tibi praecipuum  
maximam nobis esse causam erroris, quod carnali-  
ter de prioritate et posterioritate temporis in Dei  
actionibus, quae nulli temporis subiacent, iudicamus  
et quod ipsum non reperitur, fuit, sed semper repe-  
rito

ritur, est sicut et dixit. Qui est, misit me ad vos ego sum qui sum, nihil est ei preteritum, omnia sunt ei presentia, omnes deo vivunt, omnia nuda et plana sunt in oculis eius, vocat ea quae non sunt, tanquam ea quae sunt, apud eum mille anni sicut unus dies, et unus dies sicut mille anni: et propterea dictum est, ego hodie genui te, quia ab initio mundi usque ad Christum, est una dies, qua Christi generatio agitur. Præterea nullam esse in deo temporam differentiam, argumentum facit proprietatis seu consuetudo eloquii prophetici, nam futura pro praeteritis annunciant, et interdum e contra tempus pro tempore saepe ponitur, non solum rei firmitatem sed etiam significans in deo non esse tres illas temporum differentias, scilicet praesens, praeteritum et futurum, nam ea, quae videntur, videnti iam sunt firma, sunt et perpetua. Item consideres ante mundi creationem, nam ratio temporum non tanquam deo sed tanquam homini necessaria nata est, quibus distinguendis luminaria coelestia disposita sunt, erunt inquit, in tempora et dies et annos, ergo nec tempus habuit ante tempus qui fecit tempus, nec initium ante initium qui constituit initium. Et haec est in conspectu Dei ratio fortis, nec deus se tempori subiecit mundum creando.

## DE TRINITATE.

Hunc iam si reiectio velamine temporis medi con-  
sideres, horam natiuitatis seu generationis Chri-  
sti, esse sui fuisse in ipso mundi initio deo presen-  
tem, facile concedes Deum tunc protulisse verbum  
locutum fuisse, et proferendo filium genuisse, hunc  
scilicet qui nouissimis diebus manifestatus est. Sed in-  
ter media ista maceria sensualem carnem ab huius-  
modi cognitione impedit. Hoc est, quod cum magna  
admiratione dicit Esaias cap. 66. Antequam partu-  
raret peperit, antequam veniret tempus partus pe-  
perit masculinum, tempus enim parturiendi est ipsa  
partus et natiuitatis hora, modo antequam haec fie-  
rent, iam ab initio eum vocauit, concepit et ante lu-  
cifenum genuit. Ecce qualiter deus filium quem sibi  
unicum generare decreuit, magnifice genuit, ita ma-  
gnifice eum generari decebat, qui constituendus erat  
iudex viuorum et mortuorum: eo ipso quod ocu-  
lor erigo, ut ipsum ad dextram patris in coelis vi-  
deam, contremisco dum audio a te humanitatem vo-  
cari, nonne vides quod ille est qui omnia gubernat?  
Haec sola ratio, si sursum respicias, sufficit ad hoc ut  
non modo filius dei, sed deus et dominus mundi di-  
catur. Ratione igitur ipsius prolationis in princi-  
pio factae, dicitur ipse esse principium, et eadem ra-  
tione primogenitus dicendus est, in principio enim  
genuit

genitus dicendus est, nam prolatis illa in principio facta est ipsamet carnis generatio, quod nobis declarat sapientia, qua Christi est Sacramentum, nam eo quia ab initio, ut dixi, cum sermone facta est primogenitam inter creaturas se vocat, et hoc sacramentum notans Paulus, Christum quem Dei sapientiam esse dicit, primogenitum vocat, ista etiam sententiam confirmat idem Paulus ad Rom. 8. inquit enim, quod Deus pro finivit electos, quos et vocavit conformes fieri imaginis filii sui, ut ipse sit primogenitus inter multos fratres: dicuntur enim ad similitudinem eius electi vocari, et eius generationis effigiem sequi, quia ipse primo electus et omnis vocationis specimen primo omnium vocatus et genitus est, et sic singulariori modo dicitur primogenitus inter electos, quam inter ceteras creaturas. Dixeram in discursu, quare dictum est, ego hodie genui te, ut non solum argumentum quod ex illo faciunt, soluerem, sed etiam ostenderem inane esse illorum philosophiam, qui ex illo dicto inferunt secundum illam rem in dies et continua successione generari, produci et emanare a primo. Nec erubescunt tam imperfecta inconstantia transeuntem actionem Deo impingere, quasi filius sit quadam res successiva, eo modo quo de tempore et motu somniant.

DE TRINITATE.

genita, et quod prius est ex non intellectis scripturis, ad proportionabilem igitur eorum stultitiam declarari quolibet die mundi, dici potuisse, ego hodie genui te.

Locus Rom. 1.  
nunquam intellectu  
lectur.

hanc filiationis  
deklaratio  
validissime  
probat  
non semitam  
sed hominem  
esse filium.

Sed latius nunc huius dicti intelligentiam sentemur, ut se errare non posse cognoscant, quorsum dixit Paulus Act. 13. Resuscitatus est Iesus, sicut in Psalmo scriptum est, filius meus es tu, ego hodie genui te. Nam licet frivole videatur Paulus locutus, tamen profunda est eius sapientia. Et huius rei intellectus ponitur ad Rom. 11. ubi dicit idem Paulus, quod Iesus Christus per spiritum a se probatus qui erat in ipso David, definitus est esse filius Dei, cum potentia ex resurrectione a mortuis. Et haec definitio seu declaratio Davidis ponitur. Psal. 2. et lib. 2. Regum in fine capituli 22. et initio 23. Et haec definitio ex eo quod resurrexit, confirmatur, quia in resurrectione est Christus honorificatus Ioan. 7. omnis potestas hereditas et regnum ei tunc data sunt, sicut ipse testatur, data est mihi omnis potestas in coelo et in terra, Matth. 28. Ea propter dixit Paulus cum potentia, et ad eius similitudinem resurgentes resurgant cum potentia, ut contra Sadauceos declarat Christus Matth. 22. Nam seminatur in infirmitate, et resurget in potentia 1. Cor. 15.

Ad quam resurrectionis Christi potentiam præ-  
 dicto Psalmo respiciens David dixit, Potula a me  
 dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem  
 tuam terminos terræ, et reges eos in virga ferrea,  
 Et quod ibi dicitur vas figuli 2. Reg. 22. vocat lutu  
 platearum, hoc dico, ut historiam non contempnas: de  
 eadem virga ferrea et potestatis plenitudine quam  
 Christus in resurrectione accepit, meminit  
 Joannes Apocalyp. 2. et 19. Hunc diem demonstrans  
 Christus dixit, Et hoc tempore erit filius ho-  
 minis sedens a dexteri virtutis Dei. Tum etiam ve-  
 nit regnum Dei cum potentia, sicut et filius Dei cum  
 potentia Marti 9. ibi enim sicut et <sup>Rom. 1.</sup> ponit  
 tur in dextera, id est, cum potentia seu in virtute.  
 Nec solum dicitur cum potentia et ex propria ipsius  
 Christi et regni eius potentia, sed etiam quia  
 et apostoli potentia magna reddebant testimonium re-  
 surrectionis Christi et c. 4. Et quia deus ma-  
 gnam suam potentiam, virtutem, roborem et fortitu-  
 dinem exertuit in Christo, cum suscitavit eum  
 a mortuis. Eph. 1. et Philipp. 3. et ita Paulus non ad  
 aliud propositum illo dicto Psalmistæ uti solet, nisi  
 ut nouo modo ostendat Christi gloriosam  
 post resurrectionem potentiam, qualiter supra an-  
 gelos ad dexteram patris sedens, maneat ibi sacer.

## DE TRINITATE.

dos in aeternum. Hebraeorum primo et quinto. Da-  
 vid ergo eum tunc renascendum, et salutem nobis  
 tunc generari contemplanis, eum quasi novum hominem  
 genitum adnunciat factum esse filium potentem, quia  
 in die illa magna quae te genui potentia declarabi-  
 tur, in die illa te esse filium declarabitur, ac si  
 tunc genuissem te. Et ita paraphrastes Chaldaeus le-  
 git, ac si die ista creavissem te, nisi enim resurrex-  
 set a mortuis, non fuisset dignum eum credi filium  
 Dei, nec Apostoli id credidissent, omnes enim despe-  
 rauerant. Ideo omni modo, et quo ad se et quo ad  
 nos, hodie filius Dei vocatur, hodie genitus est qui  
 nunc est, et ante non erat, hodie a generatione mor-  
 talis corporis transiit in generationem incorrupti-  
 bitem. Intellegitur ergo tunc genitus, quia renatus  
 et cum plena potestate quasi genitus, novus homo  
 de novo creatus est: Et ita novum dixit Chri-  
 stus in regno patris sui Matth. 26. Exponunt ali-  
 qui, ego hodie genui te in regem. Paulus novos homi-  
 nes generat 1. Corinth. 4. Omnia enim ista ad imagi-  
 nem eius nobis conveniunt, ut fiamus conformes ima-  
 ginis filii Dei: Et ad similitudinem eius, qui renatus  
 est, dicimur nos renasci, quando carne per bap-  
 tismum sepulta, per potentiam spiritus resurgentes re-  
 nascimur, et qui renascitur, nasci dicitur: et dici-  
 mur



mur omnes nati et geniti in Sion mater nostra et nova ratione tunc genitus, quia noua ratione primogenitus ex mortuis Colossen. 1. Item ex historia hic sensus redditur indubitabilis, nam ille Psalmus sicut et sequens factus est quando principes Iudaorum cum Absolon coniurauerunt contra Dauid, sicut et factum est contra Christum Act. 4. Tremuerunt enim illi, et cum Athiophel, meditati sunt inania contra Dauid Christum suum, ibiq; sicut et Psalmus sequenti fit mentio de resurrectione, scilicet quia a periculo resuscitatus. Et tunc dicit, Hodie genitus sum. Quod et nos, dum a periculo magno euadimus, dicere solemus, hodie sum natus. Verissimae est illa expositio ego hodie genui te in Regem, quod ostendit 2. Regum 19. ubi de eodem die dicit Dauid. Noui quod hodie sum factus rex super Israel, et huic significationi capite 22. adiungit liberationem de manu Saulis, sicut et Psalm. 17. quae omnia de resurrectione Christi loquuntur. Et cap. 23. sicut et Psal. 2. iuxta Paulum per Spiritum sanctum Christum annunciat filium Dei, omnes illas de resurrectione definitiones ex hac die attribuens, hoc, inquit, de me constitutum est, ut hac die sine deo genitus filius et rex, filius inquam excelsus et cum potentia, sicut

## DEFINITIONE.

et dixit, dabo tibi hereditatem et virgam ferream.  
 Mirabilis Dauid et mirabilis definitio, in illud enim  
 verbum, hac die te genui, est filiationis definitio, et ex  
 resurrectione unicus ictus illo comprehendit propheta.  
 Non possum hic continere a genitu, dum vides  
 responsiones quas super hoc fecit. Lab. Chimhicon-  
 tra Christianos. Vides tam coecas rationes quibus eum  
 compellabant, ut non possem non flere. De illo ma-  
 thematico filio intellegi dicebant, hodie, id est, ante  
 secula genui te, stultissime ex hodie aonem faciunt,  
 cum hebraice ponatur pronomen demonstrativum,  
 hanc diem demonstrans, deficientes a fundamento  
 litero, nec ipse nec illi sciebant quo tendat spiritus,  
 ipsi negabant, et literam de dauid, ipse negabat eis  
 propheticum spiritum de Christo, cum ta-  
 men unum sine alio stare non possit, alias inaniter di-  
 ceretur dauid esse Christi typus. Quid etiam  
 caciis dici potest quam negare de salomone dictum  
 esse, ero ei in patrem, et ipse erit mihi filium.  
 Tertius est de eo clarus primi Paralip. 22. et 28. di-  
 citur de eis, sed excellentiori modo, quam eis conue-  
 nire possit, ut ex hoc facile appareat spiritum alio  
 tendere, praecipue cum intermiscuantur verba quae  
 eis nullatenus possunt convenire, ut de aeternitate  
 throni et regni eius. Dicitur enim hoc ipsi salomoni,  
 sed

sed non propter ipsum dicitur de ipso, in quantum  
 est persona Christi. Vides hic clare hominis  
 typo hominem dici filium. Haec ratio est fortissima  
 si historia habeas intellectum: aut dices cum Iudeis  
 solum hic esse filiationem per modum parabolae,  
 nam vera filiatio quae est in IESU CHRISTO  
 erat sub umbra in Salomone et Dauide. Verba haec  
 non sunt parabolica. Sed maximam habent empha-  
 sim, tamen ex hominis typo inferre filiationem illig  
 secunda rei, est caeca imaginatio nec potest typi ra-  
 tio, nec aliqua representationis habitudo hic adoptari,  
 Scandalizantur quidam, quia CHRISTVM  
 prophetam voco, nam postq ipsi non habent hunc  
 consuetudinem, videtur eis Iudaismus aut Mahome-  
 tismus si Christus propheta dicatur: nec cu-  
 rant ipsi, si scripturae et antiquiores prophetam eum  
 appellent. Querunt a me, an duas naturas in  
 Christo hypostatice unitas ponam. Sed quan-  
 tum in hac re nomine verbi pro natura delirent, et  
 quantum sit istius hypostatice unionis prophang abu-  
 sus, apparebit infra. Pro nunc menti quaestioni satis-  
 faciens dico, quod tota dei natura et essentia est in  
 Christo, licet ipsi unam in eo portionem pro  
 natura Dei esse velint.

Sicut Eoionitue nudum hominem ex semine Dauid

h.

## DE TRINITATE.

non eundem et filium dei constituunt Iesum, ita videtur eis nos dicere Christum quendam simplicem prophetam seu purum hominem sicut quemlibet nostrum, nec aliter differentiam participare possunt, nisi incarnatam quandam rem introducant, quam carnali et plurquam prophana unione fusi humanitati et carni et ossibus et nervis copulari dicunt, ut ex hoc quam plurima et subtilissima questiones oriuntur. Et sermones quos Christus locutus est, non de loquente intelliguntur, sed ad rem illam omnis gloria refertur, sicut Valentinus ad suos aones referebat, quasi Christus mentitus sit aut sub fraudulento quodam velamine de re separata locutus. Nec mihi de uno supposito aut una persona loquaris, postquam clare vides hanc commenta non esse ex scripturis, et his ab usibus te deceptum cognosces in sequentibus. Potestne esse maior calumnia, quam si me loquente neges me esse, aut mihi convenire neges, id quod ego mihi tribuo. Christus non loquebatur philosophis, qui de hypostasi essentiam eruditi, sed populo infantibus et mulieribus. Ut igitur secusis philosophorum imaginationibus veri Christi notitiam habere possit, attende qualiter isti plus quam Ebionitae verum Christum

Aum

Hum atque ad humanitatem nudam expoliant, nec ele-  
 vant oculos, ut inenarrabilem eius de dei substantia  
 ab initio factam generationem attendant: nec eum  
 totum patris divinitate plenum, totum divino lumi-  
 ne circumfulgentem. Utinam vidisses eius maiesta-  
 tem in monte, dum vestimenta eius erant candida, si-  
 cut lumen, et resplenduit facies eius sicut sol, et di-  
 ceres cum Joanne, vidimus gloriam eius. Sed sine  
 mo scit quis sit filius nisi pater, quid hic differunt?  
 Cognitio eius est sapientia in mysterio recondita  
 quam si novissent, nequaquam Dominum gloria em-  
 cifixerunt 1. Cor. 2. Et si vis mysterium intellige-  
 re, ipse est inenarrabilis illa vox Dei quae locuta est  
 ad Abraham, Moysen et alios, ipse est verbum in  
 quod percavit Adam, remittit post peccata credenti-  
 bus. Nec miremini quod filius hominis sit, maiora his  
 demonstrabit ei Deus opera, ut miremini Ioan. 5.  
 Nam quis putas hic est, quia ventus et mare obe-  
 diunt illi, cui tradita est omnis potestas in caelo et  
 in terra, et omnia quaecumque habet pater, sua sunt  
 et ad sui aequalitatem sedere eum fecit pater a dex-  
 tris suis, et ipse filius, et hypostasis creatoris cum  
 spiritu sit. Deus potens est animam suam ponere, et  
 iterum eam sumere, quia verbum Dei non moritur,

Hae verba  
 tortuose  
 ab eis alio  
 tractant, quae  
 tamen eviden-  
 ter pro nobis  
 probant.

DE TRINITATE.

Nam postquam non ad mensuram datus est deus spiritum tantum est robur spiritus eius, ut omnia quae de ipso dicuntur, supra hominem sint, et licet ipse rem illam, sicut et hominem mortuum et passum esse dicunt, et sic dicit mortuos et crucifixos; ego tamen cum antiquioribus dico, quod erat deus et homo, hinc natus, inde non natus, hinc caro, inde spiritus. Hinc infirmus, inde praefortis; hinc moriens, inde vivens et demum hominem deo mixtum concedunt, antiquiores, quoniam deus homo natus est Emanuel. Tamen deus non moritur, sed homo, anima non moritur, sed caro. Quis non deridebit illam communicationem idiomatum, quae facit me credere Angelos Dei posse mori.

Hoc ipsi concedunt, si corpus a finium angelis induant, et tunc angelus erunt a fini.

Et nota hanc unam doctrinam ellagisti quod omnia quotquot de Christo sunt, verba spiritus et vita sunt. Spiritualiter igitur est intelligendum Christum esse deum: Nam sicut non dicitur homo sine carne, ita non dicitur deus sine spiritu dei. Et ita utriusque substantiae participem non magis si spiritum attendas, debes negare esse deum, quam negas esse hominem, quia id quod natum est de spiritu spiritus est, et spiritus est deus, et quia spiritus eius erat totus deus denominatur ipse deus, sicut a carne denominatur homo. Nec mirens quod illum quem

quem tu humanitatem vocas, egout deum adorem,  
 nam tu humanitatem sic quasi spiritus expertem tra-  
 ctare soles, carnem attendis et carnaliter iudicans,  
 non potes cognoscere qualis sit ille Christi spi-  
 ritus qui dat esse rei, et ille est qui vivificat, dum ca-  
 ro non profit quicquam. Haec omnia solum sint tan-  
 quam prologia ad inenarrabilem Christi divi-  
 nitatem (de qua infra dicemus) perueniendum. Ita  
 pro nunc sufficiant, ut cognoscas istos esse veros Ebi-  
 nitas, qui hominem seu humanitatem nudam faciunt,  
 et omnia quae Christo vero essent attribuenda,  
 ab ipso remouent, ut suo sensu philosophentur.  
 Hoc solum nouit sua magistralis metaphysica, quod  
 Christus seu filius non est a dei natura sepa-  
 randus: ad quod, tamen si eorum sit comertum, re-  
 spondebo et respondendo peto, de quo Christo  
 seu filio loquuntur, nam illum, quem ipsi siue filium  
 siue Christum effingunt ego non separo, quia  
 nihil est, nam verbum illud Iohannis erat olim. Sed  
 nunc non est tale verbum, ut infra probabo, quod Io-  
 hannes clare indicat, semper de hac re dicens, erat,  
 nunquam autem dicitur est. Declarare igitur nullum  
 id quod nihil est, non est blasphemia in his, tamen est  
 magna et manifestata blasphemia; nam quem ego  
 Christum dico, vere aliquid esse ipsi negare

de homine  
 ipsi, quasi de  
 pura carne  
 loquantur.

## DE TRINITATE.

non possunt, tamen Christo machi facti, eum Christum esse negant, et hominem nudum, tanquam longe a Patre distantem, reiciunt. Ego igitur non separe eum a deo magis quam vocem a proferente, radium a sole, est enim Christus in patre sicut vox in proferente, et ipse et pater unum sunt, sicut radius et sol sunt una lux, mirabile enim est sacramentum, quod deum homini, et hominem deo ita coniungit, et miro modo deus Christi corpus sibi appropriavit, ut esset peculiare sua habitacionis tabernaculum.

De spiritu sancto iam dixi, deum dare nobis spiritum suum, eo solo, quia dat flatum vite Ezech. 37. Non enim ex nobis neque ex nostra natura vita est, sed secundum gratiam dei datur, et ex flatu dei in materiam luteam efficitur, homo in animam viventem. Gen. 2. Philosophi tamen sic credunt deum elementis et stellis virtutem suam commisisse, que ipse se expoliaverit, credunt nos ab ipso vento respirando conservari, quasi a naturali proprietate non considerata gratia dei, quod est ingratiissimum mendacium, imo dicendum est, in illa qui aspiratur et respiratur materia esse deitatis energiam et vivificantem spiritum, nam ipse spiritus suus nobis halitum vite sustinet, datus flatum populo qui est super terram  
et



et spiritum calcantibus eum. Ipse mouet coelos solus;  
 educit ventos, de thesauro suis, ligat aquam in nubi-  
 bus coeli, dat pluuiam in tempore suo, ipse solus fa-  
 ciens omnia haec faciens semper mirabilia solus.  
 Rudi Minerua, ut ad spiritum sanctum peruenia-  
 mus, a spiritu dei incipimus, hanc enim deitatis ener-  
 giam non agnoscen-tes philosophi intelligere non  
 valuerunt, quorum spiritus venti, appellari posset  
 spiritus dei genti. Nec curant ipsi, si deus de the-  
 sauro suis illum ad nos mittat, et per eum influat.  
 Sciunt ergo deinceps, quod intra ipsam venti substan-  
 tiam est ipsemet deus agens, ecce in ore tuo, in spi-  
 ritu tuo intra et extra est ipse deus ita present, si-  
 cut si manu tangeres illum. Act. 17. Agitatione spiri-  
 tus eius aguntur virtutes coelorum. Res mortuae et  
 orbicularis materia, nisi a spiritu dei agitur. Philo-  
 sophi haec omnia concedunt, illico tamen quod de spi-  
 ritu dei loquuntur, obliuiscuntur quod in me ipsis  
 ex eorum doctrinis satis sum expertus, sic de dei  
 concursu loquens, quasi habitatio eius sursum sit et  
 non prope. Dum de spiritu dei erat sermo, sufficiebat  
 mihi, si tertiam illam rem in quodam angulo esse in-  
 telligerem. Sed nunc scio quod ipse dixit, deus de  
 propinquo ego sum, et non deus de longinquo:  
 nunc scio quod amplissimus dei spiritus replet orbem ter-

## DE TRINITATE.

rarum, continet omnia, et in singulis operatur, virtutes, cum propheta exclamare libet, quisibo Domine a spiritu tuo! quia nec sursum nec deorsum est locus spiritui Dei vacuus. Hac de spiritu Dei, ad spiritum sanctum sunt preludia, nam sanctitatis ratio qua actioni spiritus Dei additur, nihil philosophiam ingortat, agit enim spiritus Dei interiorius et exteriorius, sanctificatur vero quod interiorius est. Unde notemus differentiam inter flatum et spiritum, nam flatus dicitur dum ab extra venit, dum vero intus agens, spiritum hominis illustrat et sanctificat; sanctus dicitur spiritus, non enim dicitur accipere flatum, sed adueniente flatu spiritum accipimus, ut facto oris afflatu dicat Christus, accipite spiritum sanctum Ioan. 20. Ventus etiam a spiritu differt, quia proprie in vento, tanquam in materia dicitur esse spiritus, in quantum est vivificans virtus, et ventus est comburens. Sed cum mittit spiritum suum fuerit agit, spiritus etiam generalius nomen est quam ventus. Ex his, materia de spiritu, prout ad veteri testamentum attinet, multum aperitur, non enim cogros. Sci potest spiritus virtutis Dei sine instrumentis, quibus eius actio est involuta.

Dixi superius quid illud intelligi posse per para-  
cletum

electum illum, quod etiam ex eorum dictis dicitur nam  
 apparitiones ignis dicunt esse quid proprium spiritus  
 sancti, quae tamen per angelos fiunt, ut cum appa-  
 ruit Dominus Moysi in rubo. Exod. 3. et Act. 7. et  
 per angelum facta est ibi vox Domini ad Moysen er-  
 go secundum hoc, vox Dei per os angeli nuntiata di-  
 citur vox spiritus sancti. Et Ioan. 1. Postquam descen-  
 dit spiritus sanctus super Iesum, dixit, Amen di-  
 co vobis, videbitis angelos Dei ascendentes et de-  
 scendentes super filium hominis. Et Psidonus ex eo  
 quod dicitur, annuntiabit vobis futura, infert fuisse  
 angelum, quia angelus interpretatur nuncius. Adde-  
 quod <sup>omnes</sup> angelus dicuntur administratorii spiritus  
 in ministerium missi, et facit angelos suos spiritus et  
 ministros flammam ignis. Hebr. 1. Et hoc est illa flam-  
 ma ignis quae apparuit Actor. 2. item sicut spiritus  
 mendacis dicitur angelus 3. Reg. 22. et 2. Paral. 1. 18.  
 ita per locum a contrariis, angelus dicitur spiritus  
 veritatis et spiritus sanctus, sicut et dicitur spi-  
 ritus Dei, Apoc. quarto et quinto.

Est verum quod separatim fit in scripturis men-  
 tio de angelo et spiritu, quod enim fit exteriori ap-  
 prehensione, locutione seu revelatione dicitur ab an-  
 gelo fieri, quasi fieret ab aliquo viro: quod vero fit  
 interiorius, aut quasi per modum flatus seu columbae

h. 5.

## DE TRINITATE.

quasi flatus volantis, dicitur esse a spiritu. Ex quo nota, quod nec apparitio ignis in rubo, nec apparitio nubis appellatur unquam spiritus sanctus, licet aequae bene fuerit ibi ministerium angeli; ratio differentiae, quia ibi non apparuit per modum flatus, modo id quod non est spiritus, non potest dici sanctus spiritus. Similiter discriminem est inter spiritum sanctum et spiritum dei, quia sanctus dicitur, dum ad sanctificandum spiritum nostrum mittitur, ut infra dicam sed spiritus dei dicitur, dum mittitur in omnem terram Apocalyp. quarto et quinto.

Modos apparitionum corporum  
describit scriptura.

Item nota esse deitatis personam, quod angelus loquens dicat, Ego sum Deus patrum tuorum: sicut et Genes. 31. Dixit angelus ad Jacob Ego sum Deus Bethel: dicitur enim nomen dei esse in illo Exod. 23. et audiendo, inquit, vocem eius audies ea quae loquor. Unde Origenes super Genesim Homelia 8. ex sententia capituli 22. Dico, inquit, quod sicut Dominus inter nos homines habitu est repertus ut homo, ita inter angelos habitu est repertus ut angelus, quod dictum licet ad mentem eius, falsum sit, quatenus tamen veritatis habeat respectum, infra dicam. Haec ad nostrum propositum eo conferunt, ut intelligamus mirabiles esse Dei dispositiones, quae per angelos fiunt, ne alicuius animus exasperetur, sicut

gelum

gelum, sicut et exteriorem flatum spiritum sanctum appello, cum ipse se Deum appellet. Nec ei est spiritus sanctus, nomen natura, magis quam elementari flatui. Angelus etiam nihil aliud est quam Dei flatus Psalm. 103. et hoc ipsum hebraeis spiratio et spiritus dicitur, originaliter Ergo soli Deo convenit, spirantur et sanctitatis ratio. Sed instrumentaliter attribuitur flatui, quo ipse pro nuntio utitur, et omnes quotquot in scripturis de spiritu sancto sunt sermones, essent faciles, si intelligeremus, qualiter spiritus illi sunt in deo, et quod nomen et energia dei sit in eis, de quo *infra*.

Ut claruis spiritum sanctum designemus, videamus, quomodo spiritus etiam a filio procedat, spiritum enim nobis dat dicendo, verba qua dedisti mihi dedi eis, nam ex verbo est spiritus, et verba eius in nobis manentibus, fluit ex nobis spiritus tanquam flumina aqua viva. Vide etiam magistri rationem Io. han. 16. De meo, inquit accipiet et annuncietur vobis, omnia quaecumque habet pater, mea sunt, propterea dixi, quod de meo accipiet. Et tum dicitur, procedit, Graece est ἐκπορεύεται quod aliqui proficiscitur potius quam procedit dici volunt. Similiter et egredi significat: Et omnes quotquot missi sunt a deo nuntii, dicuntur egredi a facie eius, et etiam procedere

Sophistice omnes de hac processione loquuntur, et interpretationem ex aliis locis Scripturae non petit, sed a metaphysicis.

## DE TRINITATE.

et proficisci, quod ex multis aliis scripturae locis  
ubi eadem ponitur Græca vox, possem comprobare,  
imò dum homo aliquo proficiscitur, id ea voce signifi-  
ficatur, verum ipse require, nam scriptura se ipsam  
candide interpretatur, si loca locis recte conferas:  
nec alii scripturae loci metaphysicas illas et interio-  
res rerum emissiones tibi iudicabunt, sed visibili per-  
sona a patre proficiscens, Christo mittente  
ad Apostolos venit, et Christus mittit, haud  
secus, quam si ego de visceribus patris mei aliquid ex-  
trahens, fratribus meis impartirer, et hoc est quod  
dicit Christus. Quem ego mittam vobis a pa-  
tre Ioan. 15. et mittitur a deo per Iesum Chri-  
stum ad Titum 3. omnia enim nobis a patre dan-  
tur per Iesum Spiritum tamen. Et Pe-  
trus Act. 11. hoc ipsum declarans, promissione in-  
quit, Spiritus sancti accita a patre, effudit hoc do-  
num, quod vos videtis. Et in hoc concordat Psalmista  
cum Paulo, ascendens in altum, dona accepit et de-  
dit, accepit a patre et dedit hominibus. In Petri  
enim dicto est clara concordia, et dixit Chri-  
stus illum a patre esse, quasi indicat, non fore spi-  
ritum impostorem, sed a deo, sicut dicit Ioannes,  
probate Spiritus an ex Deo sint, verba enim Magi-  
stri doctrinam exhibent, potius quam philosophicas  
pugnas

pugnas. Nihil aliud metaphysicum ibi Christus indicat, nisi quod saepe hebraice dicitur, ponam spiritum meum in medio vestri, misit spiritum suum, et exiit spiritus a deo, tamen nihil aliud experat, nisi extensor aliquis flatus. De his hebraismis, qui errare eos fecerunt in verbo, dicam lib. 7. sicut enim verbum a deo proficiscitur, quando ipse loquitur, ut aliquid alicubi fiat, ita spiritus etiam aliquo ab eo proficiscitur, quando alicubi aliquem effectum spirat. In summa, sic exponere, qui a Patre proficiscitur, id est, quem Pater dat, docet ibi magister ut spiritum a patre oremus, quia ipse est pater spirituum, et nisi ipse dederit spiritum, nihil omnino lucet in nobis: et spiritum a patre esse docet Christus, dicens, quod ipse dat spiritum bonum petentibus se copiose enim et effluenter eum effundit Joel 3. et ad Titum 3. Item si claris oculis legas, uniuersa Christi verba sunt de spiritu quem missurus erat in Apostolos Act. 2. Stultissimaque res est aeternales aeternum profectiones ex illis verbis inferre, et in Cabalistica illa metaphysica insanire. Sed alius considerationibus haec res absoluitur. Prima quod dispositio virtus et donum a deo est. Secunda quod res ipsa veniens est nuncius, seu administratorius spiritus a Christo missus. Tertia, quod in eo nuncio est

## DE TRINITATE.

Hypostasis ipsa, seu character diuinitatis ut infra dicam. Quarta, quod ad spiritus nostri sanctificationem hæc omnia tendunt. Ille tamen qui ita visibiliter proficiscitur, qui a seipso non loquetur, qui de Christo accipiet, vere administratorius spiritus: <sup>id est, in celo administratorius spiritus.</sup> aut <sup>Et ille</sup> idem, spiritus veritatis et spiritus sanctus vocatur, et per consequens, sicut de exteriori flatu diximus, multo fortius de administratorio spiritu. Non est mirandum, si ad aliquod opus a deo segregatus, spiritus sanctus et spiritus Dei dicatur: nam a profundioribus Dei thesauris isti proficiscuntur, et singulariori longe modo, deus suis actionibus eos sibi appropriat. Christus etiam sanctos angelos sæpe vocat. Si ergo spiritus est, quo deus utitur, et sanctitatis ratio ei conuenit, quare non dicitur spiritus sanctus. Et ut paucis agam, omnis flatus, omnis spiritus et mentis impetus, per quem deus spirat, sanctus dicitur, et ex consequenti sanctus spiritus seu spiritus sanctus, seu spiritus Dei. Nec est alia breuior illius vocis acceptio, nec est unica dictio, sed due sanctus, et spiritus: Et Græce interdum scribitur, sanctus, spiritus sanctitatis dicitur. Hoc saltem contra eos prodest, qui diuinitatem consuetudinis suæ ita seruant,



ut uocula una mutata, scandalizentur, et vellem, ut  
 suam metaphysicam, loquendi consuetudinem, de-  
 ponerent, quod coelestis spiritus considerarent, non se-  
 cundum rei naturam, quia de hoc nunquam meminit  
 scriptura, sed in quantum in eis character diuinita-  
 tis relucet, ut omnia tandem ad gloriam dei tendant.  
 Ideo enim dicuntur anima dei, et spiritus dei, ipsa-  
 rum angelorum nomina hoc indicant, cum nihil aliud de  
 eis a nobis percipiatur, nisi dei virtus, medicina dei,  
 qui quasi deus, et nihil aliud, nisi splendorem hypo-  
 stasi dei prae se ferunt, licet ad nostrum ministe-  
 rium sint destinati.

Scriptura  
 nunquam na-  
 turas confi-  
 derat.

Ex his mihi facillimum est alium Paracletum di-  
 cere, et vere alietatem rei dico, absolute enim de re  
 distincta, dixit, de meo accipiet, et alius et aliud  
 a Christo dicitur, nisi forte sic capiet aliud, ut  
 dissonantiam notet, nam tunc non concedam conso-  
 latorem spiritum esse aliud a Christo, immo  
 unum sunt.

In hoc sensu testificatur spiritus sanctus, quod su-  
 pra retineo, quia spiritus descendens super Chri-  
 stum in Iordane, expressum testimonium Johan-  
 ni perhibuit, expresse testatur est hunc Iesum  
 esse filium dei, quem tu negas esse filium dei,  
 et ad id probandum, eius testimonium citauit Iohannes,

## DE TRINITATE.

et hi tres unum sunt, quia concordant, et unum sunt, quia unius et eiusdem diuinitatis insigni decorati. Ecce singulare illud, unum, quod querebas, et singularissimo modo dicuntur unum esse, quia est, in tribus una et eadem Deitas. Et sic concedo, aliam personam patris, aliam personam filii, aliam personam spiritus sancti: Et concedo patrem, filium et spiritum sanctum, tres in una deitate personas et hæc est vera trinitas. Sed voce scripturis exprime uti nollem, ne forte in futurum sit philosophis occasio errandi, et cum antiquioribus, qui ea voce sacre usi sunt, nihil mihi questionis est, modo hæc trium rerum in uno deo blasphemum et philosophia distinctio a mentibus hominum eradictur.

Per hæc soluitur alia ratio, qua multi formidant, scilicet, quare usus vocis spiritus sanctus est frequentior in nouo testamento quam in veteri. Nam ex hoc videtur eis noua illa res de nouo reuelari, etiam quia addita singulari nota dixit Christus Paracletus ille, spiritus ille. Johan. 14. et 15. Respondetur primum, quod illud non ideo est, quia in nouo testamento aduenerit deus recens, nullus est enim alius deus nisi deus patrum nostrorum 777 et ille est pater Iesu christi. Et ratio differentie quam petis ea est, quia iudæi de sanctificando spiritu

Spiritu, de quo nos agimus, non curabant. ideo nec  
 spiritum sanctum sciebant, nec an sit spiritus sanctus  
 auferant, et Act. 19. Nam apud ipsos agebat, solum  
 de materiali quadam sanctificatione qua per exterie-  
 res unctiones et tactus fit, ut res qua tetigerit, san-  
 ctificata dicat, Ep. 19. et Levit. 6. Sed nunc un-  
 genta nostra et spirituales Rostia habent maiorem  
 suavitate odorem quam saginata eorum victima si-  
 ve holocausta, qua tunc odorabat Deus. Et haec diffi-  
 runt ab illis sicut spiritus à Litera, veritas ab umbra.  
 Agimus enim nos de inferiori unctione et sanctifi-  
 catione qua in spiritu et ab spiritu fit, ideo sanctum  
 dicimus spiritum, et nos omnes sancti sumus. et in  
 nomine spiritus sancti ideo baptizamus, ut legi mor-  
 tui et carne sepulti, de sola spiritus sancti sanctificatione  
 semper memores simus. Et licet illi, quum de spiritu  
 agitur, exteriori illo flatu contenti sint, tamen in te-  
 stamento nouo diversa est de spiritu sancto conside-  
 ratio, quia cum semper de inferiori sanctificatione  
 agamus, spiritum sanctum, prout in nobis est, et non  
 prout ab extra venit consideramus. Sed in testamen-  
 to veteri flatu ille ab extra veniens, spiritus sanctus  
 seu spiritus Dei vocatur. Et dum petitur spiritus ipsi-  
 exteriorum spiritum intelligere poterant. Et nos vero  
 dum illud petimus, mentis illustrationem intelli-  
 gi-

## DE TRINITATE

mus, consuetudo igitur scripturae et intentio, est in  
 his attendenda, quas differentias nota, nam illi extra  
 no modo semper de rebus agebant, ipsi vocabant spi-  
 ritum Dei, nos vero semper vocamus spiritum san-  
 ctum, ea differentia ratione quam dixi, quia sanctita-  
 tis ratio nonnumquam spiritui addita. Nec vox spi-  
 ritus, ~~conspirationis, et alia sanctitatis ratio quam~~  
<sup>nec vox sanctus, id est vocat.</sup> ~~conspirationis, et alia sanctitatis ratio quam~~  
 nunc: Caro tunc sanctificabatur, nunc vero spiritus  
 est sanctus. Et hoc notant illa voces simul iunctae,  
 et sanctitatis ratio spiritui addita. Ex his patet non  
 esse rem separatam, sed omnem sanctitatem spiritus ad  
 hominem refertur, et nuncio excepto qui de se  
 deus dicitur. Spiritus sanctus: dico, quod nihil aliud  
 extra hominem dicitur spiritus sanctus, recte dicit  
 Joannes, Nonnumquam erat spiritus sanctus, Joan. 1. 11. 11.  
 noluit illa verba sic stare, sicut Deus illa protulit,  
 quasi Deus suo mendacio indigeat. In ipso enim ma-  
 dationis dicitur spiritus sanctus, nec dicitur esse an-  
 tequam datur: Et nunc dico, quod spiritus sanctus non-  
 dum est, nullibi est, quia nullus credit Jesum  
 Christum esse filium Dei. Hanc enim proba-  
 tio est ibidem valida.

Nec te forascat, quod adiecto articulo dixit Chri-  
 stus paracletus ille, nam si aliquem de meis nun-  
 cius

ego ad te mittere, certo tempore decredi, dicam tibi, nuncius ille quem ego mittam de domo patris mei, erit homo verax, aut tale quid faciet. Item, si ad superiora referat, sensus verborum Christi est clarissimus. Dicit enim nuncius ille, quem scribit ad vos mittensum dixi, ille vos docebit: Et iste sensus est ita familiaris, ut a puro grammatico intelligi possit.

Quam pariter quam Christus vice sui alium veracem eis futurum consolatorum dixerat, adiecit post consolator ille, scilicet, de quo dixi, non est homo aliquis, sed est a patre segregatus Spiritus, ad vos omnia docentium mittendus. Et hinc quid articulus quare non habet tantum vim, sicut pronomen relationalum, ut rem illam ibi demonstrari putes. Item, ibi fuit singulare nuncij officium, et singularis divinitatis aspectus, seu persona. Greci singulari articulo et speciei nota designari potuit, quia nunquam, nec in prophetis, nec in alijs simile datum est.

Finaliter, si spiritum verbo comparare volumus, dicamus, quod sicut dicitur verbum ex utero ut ex corde proficisci, ita spiritus noster in penetrabilitate cordis sui nobis a Deo datus dicens est: et dicitur Deus dare nobis spiritum suum, ac si ego dicerem, do tibi viscera mea, quae res maximam eius erga nos Charitatis vim exprimit, Roma. 5. et i. Joan. 2. et 3.

J. R.

DE TRINITATE

Breuiter, sicut deus est totus logos, ita est totus  
 spiritus, et sicut cogitando loquitur, ita loquens spi-  
 rat, et mandat per imperium uertutis sua. et pro-  
 pterea dicitur uerbo eius et spiritu eius omnia esse  
 facta, quia ipse dixit, et spiritus sui uirtute fieri iussit.  
 sicut uerbo creauit, ita spiritu suo ornauit et robo-  
 raui: et sicut in producendo res uerbo suo non ar-  
 guitur rerum pluralitas, sed ipse, dicit et fiunt. ita  
 ornando, fortificando, et uisificando res spiritu suo  
 non est arguenda, nam ea qua uerbo loquitur, uirtute  
 spiritus imperat: Et sicut eo ipso quod dixerit res  
 adert, ita eo ipso quod uirtute spiritus iusserit res stat  
 perfecta, proprium enim spiritus dei est uiuificare et  
 roborare: et sicut nulla res sine uerbo eius fit, ita  
 nulla est res, nec lapis nec aëria, qua sine spiritu dei  
 uirtutem aliquam habeat. Item, omne quod in uirtute  
 à deo fit, dicitur eius flatu et conpiratione fieri, non  
 enim potest esse prolatio uerbi sine flatu spiritus. Si-  
 cut nos non possumus proferre sermonem sine respi-  
 ratione, et propterea dicitur spiritus oritur et spiri-  
 tus laborum. Ex his satis ostenditur, spiritum deum  
 esse in nobis rem illam creatam, ut uolebat Eunomius,  
 nec esse rem illam metaphysice distinctam, quam  
 ginamur. et ut latius hoc intelligas, nota q. licet ten-  
 pore legis angelus dicebat, ingrederi et egredi. Res =  
 uinem.

minem, et esse in prophetis, tamen nobis per Ema = Ezechr. et 9.  
 nidentem in sermo. Deus in habitat, sicut scriptum est in = Zach. et 2.  
 habitabo in eis, per Christum nos facti sumus  
 coelum. Item, quidam angeli erant pro Deo ut secunda  
 litera an Regis permixto se se et angelis dicat Deus. *Et non dei*  
 Ecce Adam quasi unus ex nobis, faciamus, et nostram. *in nobis habi-*  
 Angelus etiam eis loquens dicebat, ego sum Deus, quia *tationem hęc*  
 invisibilis Deus, qui per Christum nobis manifestatus, *propheticā*  
 eis per angelos manifestabat, seu potius lababat *Designat.*  
 angelica pelle coopertus, quasi cornua, nec est nōmō  
 angelus qui nobis dicat, ego sum Deus, in oēs sunt  
 ministri Christi, inō sub Christi f. q. pro, ut infra  
 probabo, illi dicebant, dy. Christus enim est  
 verus Deus, cuius Scitatis umbra, et non veritas erat  
 in angelis. Sicut igit, q. ipsemet Deus est spiritus no-  
 ster in habitans in nobis, et hoc esse spūm sanctum in  
 nobis ex dicto propheta in dicat Apostolus dicens, spi-  
 ritum Dei in nobis, quia dixit Deus, in habitabo in eis,  
 et Deum contemnit, nos contemnit, quia dedit spūm  
 suum in nobis, et qui mentitur spiritui sancto non  
 hominibz mentit, sed Deo. Et in hoc nos testifica- *Sicut perci-*  
 mur, q. est in spiritu nostro efficax quādam et latens scriptura spi- *ritz capit*  
 energia, quidam coelestis sensus, et diuinam qd latens, ritum sanctum  
 nam cum ipse ubi vult spirat, vocem eius audio, sed ne = *et non meta*  
 scio unde venit, aut quō vadat, et si est omnis quina = *physice.*  
 sus de spiritu Joan. 3.